



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opera S. Matris Teresae De Iesu Carmelitarum Discalceatorum et Discalceatarum Fundatricis

In duas partes distincta

Teresa <de Jesús>

Coloniae Agrippinae, Anno MDCXXVI [erschienen] M.DC.XXVII.

Cap. XV. Agit de nonnullis rebus, quæ in hoc Toletano conuentu, ad laudem & gloriam Dei contigerunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37974

*Fundatorē
illustrem
capere S. M.
iubetur: sed
carpitur à
Domino.*

agebam, plures fuere quibus ea res displicuit, mihi que id significatum
quod ipsum & familiam eius illustrem & equestri esse dignitate capi-
rent (alioqui. n. ut dixi, suo in statu honesti & optimi erant): iudicatum
que, in ciuitate tam frequenti ac copiosa ac Toleram est, fundatione
lustris mihi commoditatem minimè defuturam. Ego verò parum
curabam; quia (Deo laus) pluris semper virtutem quam genus & fami-
liam existimaui. sed iam tum quoad hoc tam multa Gubernatorum
erant, ut non aliter is mihi hic fundandi licentiā dederit, quam per
lijs in locis eam fundaram. Ego nesciebam quid agerem, quia mona-
rio iam fundato rursus de hac re agere capere: verum, quia iam per-
res erat, primarium illis sacellum assignare statui, quoad monasterium
verò nihil sibi ut vindicarent, ut quidem modo est. Iam ut quibus
bilis sese obtulerat, primarium sibi sacellum attribui petens; cuius
varia amicorum super hac re essent sententia, & ipsa cui recte dixerim
scirem, Dominus ipse hac in re me illuminare dignatus est: unde
dam die mihi ait, quam hi stirpium & familiarum tituli in Deo
parum prodesse: maximeque me reprehendit, quòd a se factum
qui mihi de id genus rebus loqueretur: neque enim hæc esse ei
quæ decerent eas quæ iam mundum omnem despeximus. His
id genus argumentis mirè confusa fui, & quod de sacello Alu-
que assignando agitari ceperat, perficere decreui: cuius sanè re-
quam me exinde pœnituit. Vidimus enim ad oculum, quam
difficile nobis fuisset domum emere, illius quippe subsidio &
domum illam emimus, in qua modò agimus, cui paucas Tolera-
res habet, ut quæ duodenis aureorum steterit millibus. Quod
plurimas quotannis apud nos celebrandas fundauit Missas, tam
libus ipsis, tum etiam populo permagnæ est consolationi. Si autem
vanas mundi opiniones reflexissemus numquam (ut quidem
gere possumus) tam bonam nancisci commoditatem potuissemus:
nem quoque intulissemus iniuriam illi, qui nobis tam libenter &
animo beneficium & caritatem hanc contulit.

CAPVT XV.

IN QVO DE REBVS NONNVLIS AGITVR, QVÆ
hoc Tolerano Conuentu à S. Iosepho denominati, ad laudem & gloriam
Dei consigerunt.

Visum autem mihi iam est, nonnulla dicere in quibus non-
domus huius moniales ad Dei honorem & gloriam sese
bant, ut quæ deinceps securæ & venturæ sint, bona hæc per-

mitari semper procurent. Antequam verò domus emeretur, huic se in-
 ferioro aggregavit Monialis quædã Anna de Matre Dei dicta, quadra-
 ginta a ipsos nata annos, quæ omni quo vixerat tempore diuino se obse-
 quio impenderat: & quamuis quoad victû ac vestitû delicijs esset innu-
 tita, quod vnica esset, & diuitijs abundaret) his tamen paupertatē, &
 in Ordine subiectionē ac obedientiã præferre maluit: vnde me accessit
 admittentē petens. Infirmiori quidē erat valetudine; at, quod eam ad eò
 bonam & resolutam viderem, visa mihi est ad fundationi initium dan-
 dum per accommoda: vnde eã ad Ordinem admisi. Vbi cum asperitate
 corpus atterere, & sensum superiori submittere cœpisset, placuit Domi-
 no firmiter ei optatorē q; multo valetudinē dare, quã dū inter liber-
 tatē ac delicijs ageret, quod non mediocriter me ad deuotionē excita-
 uit. quod autem hoc loco isthæc de ipsa afferam, est, quod, antequã ad
 votorum emissionem admitteretur, omnium quę possidebat (erat autē
 lucis opulenta & pecuniosa) nobis donationem fecerit, & in Cōuentû,
 de eodem nomina, illorum dominiũ transferisset. Mihi sanè id per-
 uolentum fuit, neque eam in donationem consentire volui, dicens fore
 scilicet ut huius ipsam donationis pœniteret, & eam nos ad professio-
 nem non velle admittere; id autem facere, durum sanè esset (cū, si ita
 id contingeret, foret sine ijs, quas nobis iam daret, facultatibus dimit-
 tenda). Hoc autem ego pũctum mirifice exaggerare volui & vrgere, tū
 ne cuius ei tentationis id esset occasio, tum vero ad spiritus eius maius
 periculum faciendum. Sed illa, etiamsi id ira fieret, libenter se pro amo-
 re Dei hanc iacturam passuram respondit. neque vñquam aliud ab
 ipsa exprimerē responsum potui. Ceterũ admodum contenta, & me-
 liore cum valetudine exinde inter nos vixit.

Ita autē hoc in monasterio exercebatur mortificationis & obedientiæ
 studium, vt dum ibidem agebam, subinde Præposita ad ea quæ suis im-
 perabat, diligenter oportere reflectere; nam quidquid illa (tametsi in-
 choctentur) fieri iubebat, id quam celerrimē executioni mandabatur.
 Quadam vice paludem quamdã viginosam, quæ in horto erat, intuēs
 dicebam, *Quid esset si Moniali illi (aderat autem illa inter alias) dicerem, vt in
 illam se conijceret?* Vix verba finieram, cum Monialem se in illam præcipi-
 tasse video; quæ ita commaculata inde exiit, vt eam vestimenta alia
 sumere oportuerit. Alias, me præsentē, Moniales ad Confessionem i-
 bant, & ea quæ iam confessura erat, aliam priorem expectans, Præpo-
 sitam allocutum venit; quæ mox ex ipsa audiit. *Quid sic ageret? illane bona
 que sui recolligenda ratio; caput in tra puteum qui illic erat abderet, ibique de suis pec-
 catis recogitaret.* Mandatum sibi à Superiore Monialis putabat, vt se in
 puteum præcipitem daret; quare tam festinanter ad puteum cucur-

*Anna de
Matre Dei
elogium.*

*Obedientia
Monialium
Tolesana-
rum.*

rit, vt, nisi alia obstitura accurrissent, iam se in illum coniecisset, tantum se Deo hac ratione obsequium, aut maxima mortificationem facere existimans. Ad eum vt quosdam viris doctos opus illis scribere declarare, & aperire ea, in quibus eas obedire oporteret, & ipsa velut frenum injicere agebant quippe quaedam ita exorbitantia & singularia, vt, nisi bona eas intentio excusasset, ad eum non per ea promeruerunt vt potius demeruerunt. Neque haec solum in eo, de quo hic per occasionem loquor, monasterio reperire est: sed & in alijs omnibus tantum id genus occurrunt, vt ipsa in illis partem non habere vellem, ve quaedam illorum hic referre possem, vt sic Dominus suis in ancillis laudatur & celebreretur.

*Visio qua
Redemptor
visus est
monialium
in mortis
articulo in
umbræ ac
protegeret:*

*Hanc ipse
B. Maria
protectione
spondet erga
omnes qua
in suo ordi
ne decessura
essent mo
niales.*

*Mortis an
gustia qua
ta sunt.*

Factum quoque, vt, me ibidem agente, Monialis quaedam in leuiter morbum inciderit. Hæc sacro Eucharistiæ viatico, & deinde vinctum extremæ Sacramento iam communica, tantam vultu hilaritate & gaudium vultu præferbat, vt tam liberè ei diceremus, vt nos in caelis sanctisque, erga quos afficiebamur, commendaret, ac si tam in diuino mundo egisset. Antè paulò quàm è vita excederet, cubiculam illius ingressa sum (prius enim egressa eram, ad me coram Venerabili Altissimi Sacramento profundendum, vt felicem ei ex hac vita exitum Dominus concederet) reuërta ergo vidi Maiestatem illius, ad medium lecti repositam, in speciem de super incubantis, atque vlnis aliquantum apertis, ut protegentis: mihi que dixit, vt certissimum & exploratissimum haberem, vt omnes quotquot in hisce monasterijs defungerentur, modo protecturum, vt nulla in mortis articulo tentatione atque impugnatione formidatura. Quod egrediens, miram in animo consolationem & recollectionem sensi. Post paulò mihi id eam accedenti vt illam alloquerer, ipsa dixit, *Quæ nana, o Mater, visura mox sum!* itaque ad instar Angeli, quam placidè defungens, mansit.

Pòst etiam nonnullas talium quiete & animi tranquillitate obseruavi, ac si in raptu quodam aut in orationis quiete verisimiliter, ad eum vt tentationis impugnatio siue diabolicæ ne vel ymbra in mente ostenderent. Quamobrem, quæ Dei bonitas est, confido per illius, perque gloriosæ Matris illius, cuius habitum gestamus mercedem, eandem vt gratiam nobis conferre pergat. Hac de causa, de qua operam, carissimam, vt veræ Carmelitanae simus; breui namque diei huius finietur. Si autem sciremus, quàm grauis sit afflictio, quam maioribus articulo sentiunt, quamque variæ sint artes & technæ, quibus eorum diabolus decipere & tentare allaborabat, beneficium hoc petimus faceremus.

Huius occasione, occurrit hic mihi quiddam, quod vobis referre cupio, de quodam quem noui, qui que consanguineis meis aliquatenus affinis erat. Lufui & alea hinc mirè deditus erat, & litteris vtrumque imbutus; harum occasione illum diabolus decipere incipere voluit, illi persuadere satagens, eam quæ in hora mortis sit, vitæ emendationem, nullius valoris & momenti esse. Ad eod autem hoc firmiter is sihi persuaserat, nullo vt pacto ab eo impetrari potuerit, vt confessionem intrinsecet, omniaque ad hoc argumenta nimis quam impotentia eant, & si interim miscellus mirè affligeretur, & angetetur, vitæque eum pœnitentiæ quàm maximè pœniteret: at dicebat, ad quid institueret confessionem, quòd se videret condemnatum? Vnde Dominicanus quidam, qui illius erat Confessarius, & quidem satis doctus, identidem illi argumentis rationibusque; cōvincere satagebat. Sed tantas ecōm diabolus eū subtilitates edocebat, nihil vt euincere apud hunc Confessarium posset. Aliquot diebus hoc in statu hæsit, vt quid ageret, Confessarius nesciret; & certè serio tum ipse, tum alij eam Domino commendare debebant, quando quidem ipse ius sit miserus. Morbo autem grauius eum premente (erat is pleuritis) redijt Confessarius, infirmus hanc dubiè pluribus ad eum conuincendum argumentis antè cogitatis: sed hæc omnia parum profuissent, si Dominus illius commiseratione tactus, cor illius non emolliisset. Vt autem hieci loqui cœperat, & que afferre rationes, super lectum insidens ager, tamquam si nihil mali habuisset, ait: cum dicas fore vt confessio mea mihi prosit, eam mihi institui. Simul & tabellione aduocari iussit, confectis litteris iururando sese obligauit, numquam posthac amplius aleam tractare, vitæque in melius emendare; huiusque rei & sponsionis ipsos testes esse voluit; mox ergo bonam confessionem instituit, & sanctissima Sacramenta eo pietatis sensu recepit, vt, prout exterius secundum fidem nostram intelligere possumus, salutis factus sit compos. Det Dominus, carissimi, taliter vitam instituamus, vt veras B. Virginis filias decet, & que professæ sumus, ea exactè seruemus, quòd, quam nobis promissit gratiam, Dominus concedere dignetur. Amen.

CAPVT XVI.

AGITUR DE DVORVM MONASTERIORVM, VNIVS DISCALCEATORVM, alterius Discalceatarum, eodem anno M.D. LXIX. Pastranae eorum fundatione.

A Toletana domo iam fundata dies decimus quintus agebatur, qui in vigiliam Pentecostes incidebat; illo porro interuallo temporis quædam concinnanda, cancellis ferreis adaptandis, alijsque id genus operi-

Confessio
cuiusdam
aleam de-
spicendi in
exspectata.